

Quando Faventini luserunt^e de mandato imperatoris in Broilo ^[a] [A.] ^{*}) ¹⁾

CAP. LVII.

Anno autem d^domini MCLXV (59) mense Januarii, cum nominatus imperator venisset in Italiam, dicens secum infinitum exercitum, hospitatus est Faventie in domo Guidonis et Henrici fratrum [a] [B], civitate tota cum burgis et villis plena Teutonicis [b]. Verum, quia audiverat Faventinos fore doctos ad pugnam, ut coram eo luderent, non tamen cum [e] armis ferreis sed ligneis, eorum precepit rectoribus [d]. Cujus imperium Faventini die statutas libertissime atque doctissime mandantes effectui, domino imperatori atque imperatrici [c] nec non cunctis [e] non modicum placuerunt principibus. Mense vero februarii, in sequenti anno, apud Mutilianum [D] comitis Guidonis, peperit imperatrix filium Coradum [f] nomine (60). ²

* Cod. 2 * Coro huius capituli label: Anno 1166 a mense Februario apud Mat. Casam vero Federici imperatoris penerit filium Corotum nomine.

a) corr.

Quando Imperator misit nuncios suos [q].

CAP. LVIII.

Anno Domini MCLXVII [h] (61), pro discordia, quae erat inter imperatorem Federicum et papam Alexandrum, dictus imperator misit nuncios suos, scilicet abbatem Stalensem [i] et episcopum Liddensem [j] (62), ut facerent jurare omnes clericos sicut et laicos se obedituros [E]; et qui non juraret, exiret de regno suo. Tunc noujuravit ~~fr~~ Rambertus, Faventinus episcopus (63). et abbas Sanctae Marie foris Portam cum monachis suis, die xvii [h] mensis februarii, indictione nona. 3)

31 Feb 16

[a] Guidonis et Henrici fratrum. Sic Codd. — [b] plena Teutonicis. Sic lego eum C. V. In C. M., plena teutonicis. — [c] non tamen cum, Codd. M. et V. Alii legunt: non tantum cum. — [d] praecepit rectoribus, Codd. M. et A. In C. V., praecepit ductoribus. — [e] nec non cunctis, C. M. In C. V.; nec non ceteris. — [f] filium Coradum, C. M., pro Corradum aut Conradum. — [g] misit nuncios suos. Videatur in Codd. aliquid hic desiderari. — [h] Anno Domini MCLXVII. Sic omnes codices. — [i] Abbatem Stalutensem. Sic C. M. In C. V., Abbatem Staralivensem. Tondutius habet Abbate Stalivense; at Cl. Mitt. legendum putat, et quidem recte, Abbatem Stabulensem. Sed nominum nullam admisi in textu correctionem. — [j] episcopum Liddensem. Sic Codd. Tondutius legit Leodiensem; et sic legendum asserit Cl. Mitt. — [k] die XVIII. Sic C. M. mihi legendus videtur. Sic quoque habet C. V. In Tondutii vero Historia est die XVII.

[A] in Broilo. Locus hic erat, tunc extra muros urbis, prope Anemonem flumen; nunc, intra receptus dicitur Santa Maria in Broilo, alias la Baroncina. Broilo autem, Broglio, aut Brolo, teste Muratorio, olim dicebatur locus muris cinctus, in quo vel prata vel plantae fructiferae colebantur.

[B] Hi fuerunt filii Alberici de Manfredis. Vid. Cap. LXIII.

[D] Vulgo *Modigliana*, oppidum nobile, decem ab urbe Faventia milliariis ad meridiem, inter prima Apennini juga, locatum.

[E] Obedituros, nempe Friderico et Paschali III antipapae.

abbate stalinense

epu Ieodērē